Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36520
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Sensu grauati ut sentiant.
Leuamen indulgentie
Hic nulla iam restat mora
Quin excitatam nobilis
Carnem resumat spc.
Uirtute pfunctam pari
Ut que laborum particeps
Commune discrimen tulit.
Sit & coheres glorie
Cunctis ineuum seculis.

Incipit passio sci LAVRENTII.

Antiqua fanorum parens
Iam roma xpo dedita
Laurentio uictrix duce
Ritum triumphan barbarū
Reges superbos uiceras
Populosq; frenis presseras
Hunc monstruosis ydolis
Imponis impii iugum
Hec sola deerat gloria
Urbis togate insignibus
Feritate capta gentium
Domaret ut spurcū iouē.
Non turbulentis uiribus
Cossi camilli aut cesaris
Sed martyris laurentii
Non incruento prelio
Armata pugnaut fides
Propriu cruoris prodiga.
Hā morte mortē diruit
Ac semet impendit sibi.
Fore hoc sacerdos dixerat

Iam xistus affixus cruci.
Laurentiū flentē uidens
Crucis sub ipso stipite.
Desiste discessu meo
Fletum dolenter fundere.
Precedo frater tu quoq;
Post hoc sequeris triduum.
Extrema uox episcopi
Prenuntiatrix glorie
Nichil fefellit. nam dies
Predicta palmā prestitit.
Qua uoce quantis laudib;
Celebrabo mortis ordinem.
Quo passionem carmine
Digne retexens concinam.
Sic primus e septem uiris
Qui stant ad aram pximi.
Leuita sublimis gradu
Et ceteris prestantior.
Claustris sacrorum preerat.
Celestis archanum domus
Fidis gubernans clauibus
Uotasq; dispensans opes.
Versat famē pecunie
Prefectus urbis regie.
Minister insani ducis
Exactor auri & sanguinis.
Qua ui latentes eruat
Nummos. operta existimans
Talenta sub sacrariis.
Cumulosq; congestos tegi.
Laurentium sisti iubet